

PRÆNOTIONES

CONTRA

DOGMATISTAS

CRASSIORES

QVI SVNT EX FANATI-

CORVM NUMERO

CVSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

FAnatici facilius *δογματίζουσι* quam Naturalistæ, sed facilius etiam dogmata sua mutant, & singulis sæpe annis novam sententiam producunt, cum Naturalistæ, quæ semel amplexi sunt, ut plurimum mordicus omnique animi contentione teneant. Dogmata Fanaticorum crassiora multa jam vidimus; præsertim cum de Deistis Fanaticis ageremus. Ea vero non repetemus, sed illa saltem, quæ eadem suo ordine excipiunt, & aliquanto minus tetra, satis tamen adhuc crassa sunt, quantum ad Prænotiones Theologicas spectant. Succincte considerabimus, atque de principiis Dogmatismi fanatici primo omnium agemus.

II. II-